

Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

In Festo S. Laurentij Martyris. Nisi granum frumenti cadens, &c. Ioan. 12.

1. De Martyrij præstantia. 2. Eiusdem elogia. 3. De Martyris Laurentij
martyrio speciatim. 4. Eius in tormentis preferendis ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56205)

munt ferro onusti, tunc cœlestes auxiliatores submittis & angelos. Hem! quam es in consilij sapiens, in auxilio promptus, in promissis fidelis, in consolationibus liberalis, in operibus ac mirabilibus tuis incomprehensibilibus! Nefas erat cum, qui vt alios solueret, destinatus erat, in Herodiano carcere vincum ligatumque remanere: rationi minime contentaneum erat, vt qui in aquis seruatus erat, & vndis soles inambularet, in continentibus tutus non esset, & in truculentis carceribus tyranni vitæ periculum adiret. Hæc mirabilem tuorum sunt opera, & potentiae tuae effectus, hinc honor, gloria, salus & benedictio tibi in æternum, hic ab hominibus, & in cœlo ab Angelicis spiritibus æterna beatitudine perfruentibus, decanetur, ad quam ingenitus nos Pater, & vniogenitus euildem Filius, atque ab utroque procedens Spiritus sanctus nos deducere dignetur. Amen.

IN FESTO S. LAVENTII
MARTYRIS.

Partitio.

- I. De martyrii prestantia.
 - II. De eiusdem elogis.
 - III. De Martyris Laurentii martyrio speciam.
 - IV. De eiusdem in tormentis perferendu conscientia.
- Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c. Ioan. 12.

FIGURA.

Veteri sacrificiorum lege cautum apud Iudeos erat, vt si quando avis, vt turtur aut columba, Deo offerenda esset, in altari eadem subiecto igne cremaretur, & haec victima holocaustum dicebatur, eratque suauissimi odoris sacrificium, Deoque quam acceptissimum. In figuræ ac ritus huius complementum videat hodie, vt in lege Euangelica, sanctus Laurentius velut avis quedam cœlestis, Deo iamiam immolandus, non in ara, sed

in craticula subiecto igne collocetur, viuoceretur, & gratissimi corâ Deo cœli fideliūmque omnium Domino odoris sicut holocaustum. Hac de re hodie verba faciam, hoc hodie vniuersa Ecclesia Catholica sum na religionis cultusque significacione admiratur, hoc item martyrium illud est, cui pat non vidit opis, quod cœlum iuxta ac terram in adorationem rapit, quod ut decurrere aq: intelligere mereamur, ad Spiritum Paraclitum confugiamus, eiusque auxilium supplices inuocemus & gratiam, sed Deiparam, aduocata nostra ac patrona ut hic sit, adhibeamus, eamque ob causam cum Angelo Gabriele ipsam salutemus.

AVE MARIA.

Inter sexcenta mysteria & magnitudine eximia & profunditate magna, quæ in Canticorum scrinis archivisque recondita latent, non postremum, meo quidem iudicio, locum obtinet aureum illud Salomonis Regis reclinatorium, vel cœnaculum, cuius alcenus & gradus erat purpureus, ac rubicundus. Per reclinatoriū hoc vel cœnaculum designari non inconvenienter queat cœlum ipsum, Dei palarium, illustre Sanctorum omnium refectorium, & gloriæ cœlestis locus; ad quam inter alias vias, per mortem potissimum & martyrum, velut per cruentum ascensum, & gradus purpureos adit⁹ patet. S. Hieronymus inter alios hoc exponit modo, dū suis in Ezechielē cōmentarijs lib. 1. hom. scribit, *Ascensum habet purpureum, quia maxima multitudo fidelium in exordio nascens* *Martyriū Ecclesiæ per martyrii sanguinem peruenit ad regnum.*

Eamdem opinor, ob causam in prouerbij cœlestem. de Ecclesia sub schemate nempe illustris cuiusdam matronæ, dictum est, eius indumentum esse byssum & purporam: vt byssus quidem candida eius signaretur innocentia, purpureo vero & coccineo colore tribulationes eius & martyria. Ven. Beda in hæc ipsa eadē plane ratione verba exposuit, quæ loquentे hic faciā: *Byssus, inquit, indumentum Ecclesia est in candore pura cōscientia & conuersationis, purpureus aut̄ color sanguinis habet speciem, unde pulchre dictū est à Patrib.*

I.

Cant. 5.

In Ezech.
lib. 1. hom.

15.

Martyriū

gradus ad

gloriam

gnum.

Prou. 31.

Beda in

Cant. c. 3.

sunt, inquit,

dīcūtū

Ecclesia est in candore pura cōscientia

& conuersationis, purpureus aut̄ color sanguini-

nis habet speciem, unde pulchre dictū est à Patrib.

Mmm. quod

Martyres
rosis, vir-
gines lilijs
assimilan-
tur.

quod Ecclesia electorum floribus vernans, in pace habet lilia. & in bello rosas. Tantundem id est, ac dicere. Ecclesiam velut hortum quandam ac viridium regum omnigenos diversis coloribusque proferre flores, eandemque, dum pace, tranquillitate, & malacia quiete gaudet, castissimas purissimasque progerminare Virgines, vbi vero bello premitur, persecutionibusque exasperatur, martyribus abundare, atque illas quia in candidis liliis, hos autem vermiculatibus rubricatisque rosis esse persimiles.

Sanctus ergo hic Angliae monachus martyribus rosas, aut potius rosas Martyres assimilat, in quo ad S. Augustini allusione, aut descripsisse portius verba videtur. Hic enim in quadam de Sanctis sermone sic loquitur: O vere beata mater, Ecclesia! quam vincentium gloriosus Martyrum sanguis exornat, & candida induit virginitas, floribus eius nec rosa, nec lilia de suis notent, igitur singulis amplissimas accipere dignitatis coronas, vel de virginitate candidas, vel de passione purpureas.

Purpura
color re-
gius.

Cant. 7.

id est
accedit,
quād Regum sit & Imperato-
rum proprius. Hinc sponsa in Cantico spon-
si sui dilectissimi crines regali cum purpura
comparat, *Come canticus tui, sicut purpura regis*: id est, capillitum tuum, carissime, non est
vi ceterorum hominum, sibi simile nullum
haber, sed vi regia quādam purpura enitef-
cit. Si litteralem leponere hic sensum necesse
vt anagogico sit locus, credo equidēm spon-
sam, quae Ecclesiam figurat, Martyres, quibus
velut caesarie & comis ipse Redemptor Iesus
Christus, qui Ecclesia vertex est, non secus
quam regio quodam paludamento, condē-
coratur ac nescit, designare intendis-
fe.

Martyres
comparati
malogra-
natis.

Cant. 4.

In Cantic.

Eamdem ob causam & eodem intuitu bea-
tissimi Martyres malorum punicorum gra-
nis ac fragminibus, ob coloris scilicet huius
regij ac rubicundi, qui hoc in pomo emi-
cat, splendorem, esse dicuntur persimiles.
Hoc videlicet sensu accipienda sunt illa Cā-
ticorum verba, *Emissiones tua paradisus malorum punicorum*, quae hac etiam ratione Vé-
nerabilis Beda interpretatur, *Mala*, inquit,

punica, quae sanguineo rubent colore, eorum in-
Ecclesia triumphos insinuant, qui post fontis si-
gnat ablutionem suo sunt etiā sanguine bapti-
zati, ipsorum scilicet Martyrum. sed relicto
colore hoc, iā alia de martyrio proferamus.

Egregium illius mihi schema representat
Isaias: *Ecce ego sternam per ordinē lapides suos*, ^{1. Cor. 14. 54.}
& fundabo te in Sapphyra. & ponam in aspidem
propugnacula tua. & portas tuas in lapides
sculptos. & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Certissimum est, eo loci ad litteram

de Ecclesia Propheta locutum esse, à Iesu
Christo aliquando fundanda: lapides porro
in illam coapandi fabricam, ordinatimque
collocandi, Ecclesia huius officiales ac min-
istros figurabant, qui suo singuli disponen-
di essent ordine & dignitatis gradu; vt su-
ciā tempore docuit Apostolus, *Quoq[ue]dam*
quidem posuit Deus in Ecclesia primum Apo-
stolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, & tuo
*lingulos gradu, & ordine contentos effi-
portet. Hinc est quod Propheta eos sternēdos*
& in terra collocat, vt humilitatem
*omnibus necessariam insinuet, deinde per or-
dinem disponendos, vt charitate mutua iun-
dicandos doceat. Simul vero vt offendat, obe-
dire eos, & ad summi architecti & fabri pri-
marij se nutum dirigi facere debere.*

Addit insuper Propheta, Ecclesiam in Sapphyris fundandam, fundamentum vere regio & gemmā admodum pretiosissimum, id est, in viris proutus celestibus, ac diuinis, quales dabo procul fuere Apostoli, qui hanc forsitan ob causam Ecclesiae nostrae sunt fundamenta applicata, unde in Epistola ad Ephesios legere est, *super adificati super fundamentum Apostolorū*. Sed mysterij medulla ac nucleus, quod proposito meo maxime deseruit, est, propugnacula ciuitatis illius ac yalla ex aspide esse constructa, qua re martyres repre-
sentari nullus dubito, cum ob fidei robur, tū
vero ob apertas sanguinis iā supplicijs effi-
venas. Quod vt melius intelligatis, notetis Iaspis mat-
velim, hanc inter ceteras Iaspidi proprie-tyrum
ten ac virtutem à natura inditam, vt ad actus symbolum
suis inania terriculaenta & illusiones phan-
taстicas robur audaciamque animo addat,
quod martyrio egregie admodum quadrat.
Nihil quippe Martyrum est exemplo ad va-
hammandi gloriam, quae phantasmatis in
mo-

morem initio quidem aliquid præfert apparet & splendoris, sed ad finem nihil includere solidi comperitur, repudiandam cōculcandumque potentius. Tum vero ad timores, terrores, & inanes dæmonum cōsternationes exsuperandas, omnesque qui se offendunt labores magna animi constantia perfringendos nihil eodem aptius ac conuenientius: hæc siquidem omnia cum gloriolorum Martyrum laboribus, supplicijs, & cruciatiis comparata, nonnihil ut vmbrae & vanaphantasmata habenda sim: Iupis autem, vera Martyrum imago, hæc omnia præfigurat.

Liber de Mart. laurentii. S. Cyprianus potro quam in decantandis Martyrum triumphis, eorumque laureis ac victorijs recēsens disertus est! *Martyrium,* inquit, *inaffimabilis gloria, infinita mensura, immaculata victoria, incomparabilis tunculus, triumphus immensus.* Hæc quidem hac tenus occahione hodierna festiuitatis, in qua Catholica nobis Ecclesia incliti mortem ac passionem Laurentij, cuius supplicia, tormenta, cruciatus, ac martyrium celebranda recolendaque proponit, & hoc eius in honore legendum Euangelium præscribit, *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c.* Duo vero hodierna potissimum concione paucis profequar: primo de martyris dignitate in genere agam, ac deinde singillatim gloriose Martyris Laurentij omniæ Martyrum facile principis, martyrium mortemque Deo proprio depromem.

Principio, magnus & illustris Doctor Augustinus in ijs, quos de S. Martyribus conscripsit sermonibus, & quos in eorum honore ac virtutis & generositatis celebrationem velut panegyricos, & olympionicias decantauit odas, persæpe bellorum vtitur metaphoræ, martyriumque ut conflictum, prælium, ac crucatum certamen indiget. Quam ipse metaphoram mecum perpendens, mihi persuadens, S. Augustinum, aliosque cum scètus Patres hanc ab Apostolo Paulo loquendi rationem tropicamque phrasin ecce mutuatos. Hoc porro modo Ephesios compellat ille Gentium Doctor: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores semibravum harum, contra spirituualia nequita-*

tie in cœlestibus propriea recipere armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo. Quin & apud Hebreos ijsdē vnu est tropis & metaphoris: Deponētes, inquit, omne pondus, & circum-

stars nos peccatum per patientiam curramus ad

propositum nobis certamen aspicientes in aucto-

rem fidei & consummatorem Iesum, qui propo-

sito sibi gaudio sustinuit crux confusione con-

tempia. Hæc verba ad martyrium non me-

Martyriū

dicuntur

certamen

& bellum-

mundū, dñiq; aduersus semetipſos decesserat:

in quo certamine vt nō deficit aninu defi-

pöntes, sed victoriā cōtra consequantur,

duos Apostolus stimulos quodammodo subdit. Duo ad

& calcaria, primū patientia, alterū, Iesu Chri-

sti seruatoris nostri exēplū, qui proposito si-

coastanter

bi gaudio & honore, quæ patiendo sibi cōpa-

tolerādum

rabat, omne probrū, infamia, dolores & sup-

media-

plicia, quæ illi in monte Caluarie crux erat

allatuta, nihili fecit. Hinc & Martyr eius ad

exēplū posita sibi ob oculos gloria, quam

in otte & cruciatiis sibi acquirit, præter il-

lū toleratiq; stimulū, quo nō medioeriter im-

pellitur, supplicia omnia cōtemnit ac ridet,

ac sauvissima quæque tormenta illi nonnisi

gaudia, flores, deliciae ac rosea sunt.

Ceterū martyriū sanctorum est seminarium, II.

Christianorum gloria, vita radix, religionis Elogia

testimonium, veritatis sigillū, parentiae tri-

martyrij,

umpbus, charitatis excessus, cœli propagatio

ac colonia, Ecclesia multiplicatio, ac

fidelium semen. Exodi initio dixisse Pharaonem latrapis suis legimus, *Venite, sapienter opprimamus filios Israël, ne forte multiplicetur.* Exod. I.

& illico subiectitur: *Quantoq; opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur & crescebant.*

Idipsum in primigenia contigit Ecclesia: quo

n. tyranni feritate & rabiē pereiti, magis fi-

Sanguis dem nitebatur extingnere, Euangeliū cuer-

martyrum-

tere, religionē perdere, crucem obruere, & Christia-

Christians, Ecclesiā fideliū morte, interitu norum se-

ac sublatione auferendā & delendā rati, eo i-

men-

psa effloruit magis, eo emus stat⁹ fundatus so-

lidius, sacramenta inualuere potentiū, fides

altiores egit radices, & Christianæ fidei li-

mites eo lunt latius propagati, & eo Iesu

Christi seruorum ac fideliū numerus redi-

tus copiosior. Quārē, Deique circa hoc pro-

M m m 32 waden

Avidentia demiratus est primis Ecclesiae Patribus quidam dixit, sanguine Christianorum effusum semem quodammodo fuisse, et quo uno de mortuo sexenti de novo exfusgerent.

Vineæ cū
Ecclesia si-
militudo.

Hæc animo volvens, mirari desino, cur toties, tum in parabolis, tum in enigmatis ac figuris, Redemptor ipse simul & Prophetæ, vineæ cuīdam Eccleſiam affimilat. Magna namque ac mira inter utramque est similitudo, ac parallela proprietatis, atque hac in primis notanda est, & proposito meo mirificè deferuiens, quod quemadmodum vinea eo crescit magis, ualque copiosiores profert, quo pampini plures ac propagines prefcantur; ita quo Ecclesia magis persecutionibus ac procellis exagitatur, eo magis exercitatur, ac latius fines suos extendat. Mors siquidem aliquot filiorum eius aliorum plurimorum de nouo est productio.

Ioan. 12.

Huc facit, quod apud Ioannem Salvator ait, *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Eius enim unius mortem vitas centum progignere. Vno quidem sensu denotabat, hominem nisi in terram cadens, id est, humilians se, & præhumilitate terram se esse agnoscens, se mortificet, ut quidem mundo mortuus esse videatur, solum manere, id est, nullum tum sibi, tum alijs utilitatem afferre. Alto vero signat, glorioſos illos Martyres, velut vera frumenti grana, in Ecclesiæ area triturata, & in terram coniecta, & humi à tyrannis allisa, tormenti ac suppliciorū grauitate emoriētes centuplum sœnus artulisse, ac provenia qua excidebant vita, centum alias Ecclesiæ reddidisse.

Atque hanc ob causam veteres illi Patres nihil esse Ecclesiæ utilius aut maius martyrio censuerunt. Primus hoc de illo iudicium tulit & omnium nomine testimonium Augustinus, Sancti Patres, inquit, *nihil maius volunt erunt esse martyrio,* nihil dignius, nihil deinde excellentius, vnde & Theodoreus rationibus & exemplis ipsum astruēs ait: *Hinc est;* inquit, *quod cum multi viri fuerint in mundo celebres, tum virtutijs clari, tum regia potestate, nulli eorum nunc honos tributur, nullius gloriosum est sepulcrum nisi martyrum.* Inde ad exempla transit, & veterum monumenta

excutiens subiungit: *Vbi nunc sepulcrum Alexander, Iulij, Augusti, aut Pompej: memoria Sancti vero Martyrū durat, & eoru nomina imponuntur fidelibus, & eoru sunt sepulera glorioſa, quam ab omnibus inuisuntur, & eoru ossa venerantur, habetur, implerūq; est illud Psalmi CXXXVIII. Nimirū honorati sunt amici tui Deus Ceterissimum namque est, Martyres tametsi olim exiguios & pauperes in hoc mundo, iudei honore & gloria Cæsaribus Alexandris & maximis mundi monachis praecellere.*

In hoc scilicet martyri magnitudo confititur: nec vero in hoc duimtaxat, sed etiam magis quod in eo charitatis Christianæ perfectio & Chantus summa sita sit. Et sane Angelicus Doctor perficit Thomas, inter omnes virtutis actus, maxime non de mortuario demonstrari ait, *perfectionem charitatis.* Quam rei huius fundamentalem assignat rationē, hæc est: eo quis erga rē aliquam magis affici perhibetur, quo magis eius causa contemnit, quod carissimum habet, & amplectitur arctius, quod maxime habebat exossum. Certissimum porro & exploratissimum est, inter omnia vitæ huius bona, vitam hominum esse carissimum & intimam, nihil autem habere exossum ac fugere magis quam mortem, ac præsertim si doloribus permista sit, quos corporea tormenta causantur, quorum metu & apprehensione ipsa erit bruta multis abstinent voluptatibus, naturalibus duimtaxat delicias contenta, vti ipsem Augustinum testatur. Quia cum ita sint, indubitatum est Martyrium inter reliquos humanos actus esse perfectissimum, ut extrema dilectionis notam, & maximæ charitatis argumentum, iuxta hoc Euangelijs pronuntiatum, *Maiorem nota, hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* & sane ratio hæc valida & potens est.

Martyrium ergo honor, triumphus, premium & summus dilectionis est valor, uirtus amoris & charitatis erga Deum gradus etiam ē Redemptoris sententia apud Ioannem dicentis: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Martyr porro mortem oppetens, vitamque pro Deo exponens, maximum sane amorem patefacit, coequo facto super omnia diligere se Deum testatur, magis quam honores inquam, quā amicos, quā vitam, quam leip-

Lib. de
martyrio.

scipsum, deriq; plus quam oēs omnino crea-
turas, qui vitimus, per fecissimum ac supremum
amoris est gradus, quoq; dari altior nequit.

Educa. Summus in lege Mosaicā **Sacerdos**, ē ri-
tuum ceremonialium p̄scripto in pectore
& humeris omnium tribuum gestabat nomi-
na, sed Dei viui nomen gerebat in capite au-
reæ insculptum laminae: vt hinc manifestum
ficeret, si cor & humeri, id est, affectus & au-
xilium p̄oximo rebusque mundi huius de-
betur, caput & locum s̄. premu. Dei sum-
mi amari dilectionique impendendum. At
quod hoc re ipsa martyris testatur, cum summi
huius Dei amore mortem ipsam perfert, eius
honorem, gloriam & amorem rebus omni-
bus anteponens.

M. 11. Legis quidam peritus cū à Redemptore
petifret, ecquod primum ac maximum in le-
gemand. tūn es, audit extemplo ab codē.
Diligens Dominum Deum tuum ex toto corde
tuo, & ex tota anima tua ex tota mente tua, &
**ex totis viribus tuis, hoc est primum ac maxi-
mum mandatum.** Quo audito responso sub-
intulit legisperit? Bene dixisti magister, quia
vnu es Deus: quem qui co q. o dixisti modo
& affectu diligis, ne ille maior afficeret ho-
nore & amore nequit, atque hoc omnia man-
data longe transcendent, & holocaustis omni-
bus ac sacrificijs multo est dignius. Cum
ergo Deum martyr ex toto corde, omnibus
viribus etiā cū vitæ suæ dispendio diligat, se-
quitur tūn iuxta Redemptoris, tūn iuxta
legisperiti huius sententiam ac testimonium,
maiorem illum, scipsum vltro immolando,
erga Deū amorem dilectionemque patefac-
re, quam veteres suis victimis ac sacrificijs
tam genere præstantibus, quam numero in-
finiut. Atque hoc scilicet quidam dilectionis
est ex eiuslī & summus quidam amor.

Domi-
nus cor-
de in-
tegris
in lege
mata. Accedit huc, quod martyrium primus &
maximus fortitudinis sit actus, qui ab aliquo
exhiberi queat & ostendi. cum enim circa
terum arduarum exercitium virtus ver-
seretur, ipsa fane fortitudo p̄re alijs, id quod la-
bores maximos includit, ac perdifficile est,
pro obiecto habet, & exercitorum suorum
scopum & palæstram: eo quod mortem, quæ
ex Aristotelis sententia omnium terribilium
est terribilissimum, p̄e oculis ut scopum ha-
bet. Idem ipse I. hilosophus in Moralibus do-

cer, fortitudinem, velut occupationum sua-
rum palæstram, mortis habere pericula: ipsa **Lib. 1. E-**
namque animalium corroborat, mentemque **this. c. 6. &**

confirmat, ne forte mortis formidine ac me- **9.**

tu de statu deiiciatur, à bono & honesto resi-
liat, & à cœpto virtutis cursu deterrat. Cū
ergo fortitudinis proprium sit animo vires
addere, ei que in boni exercitio hoc velut
pondus, ne nutet, subiaceat, in alijs etiam cō-
flictibus omnibus mors minime certa est:
quin immo masculus animus alijs etiam mor-
tem inferre non dubitat, suam ut effugiat,
honoremque consequatur, & tametsi vitam
presente exponat periculo, ea tamen se
minime priuandum arbitratur. At martyr **Martyr**
extraordinario quadam motu, & animo pla- **manif. 10.**
ne heroico & generoso in mortem ruit, sup- **se mortis**
plicijs se exponit, sine vila effigie spe aut fi- **se exponit**
sua, nisi forte miraculo quadam diuinitus pericolo-
subducatur. Et profecto manifesto vitam pe-
riculo exponere, ei usque iacturam haud per-
horrescere, & in mortem plenis quadammodo
velis tendere, animi generosi ac strenui
indictum est, ac summe fortitudinis opus, &
proinde summe deprædicandum, æternisque
laudibus dignissimum.

Abraham Patriarcha cum illustre hoc co-
ram Deo simul & hominibus opus præ-
stisset, vñigenam scilicet immolare filium
in moate dum parat, & iam dextram in istū
libraslet, Deus, ecce, cum pergere vetans his
cum vocibus compellavit, **Quia fecisti hanc**
rem, id est, cum tam generose te gesseris, tan-
tos prætuleris animos, ut nec proprio parce-
re statueris filio, cū tam illustre tentaris
faecinus, **multiplicabo semen tuum,** beabo te,
prosperitate affles, & tot ex te nascentur
proles ac nepotes, quot cœlum stellas habet.
Constat autem martyrium actum esse mul-
to illustriorem, & martyrem qui ipsum subi-
cit, longe illustrius patrare opus maiorisque
meritis ipse namque se immolat, & magna a-
nimis constantia in mortis sacrificium conser-
vrat, propriumque sanguinem profundere &
exponere minime dubitat.

Ioan. 12. Dixit olim apud Ioannem Redemptor
paradoxon illud peregrinum, **Qui amat ani-**
mam suam, perdet eam: & qui odit eam in hoc
mundo, in uitam aeternam custodit eam. nouum
profe-

profecto & exoticum dogma, doctrina inaudita haec tenus, & recens ad omnium aures accidens. Quis audiuimus, vitam & animam suam odio profectandam, cum ipsa nos doceat & urget natura, nos ut ipsos praerebus alijs diligamus. Illustre hic reconditum latet mysterium: nam per animam eo loci, vti & alijs plurimis, in sacris litteris vita intelligenda venit: ac proinde ex S. Augustini expositione, is verborum sensus est: Qui vitam amat, & delicijs voluptatisbusque eam dedicat, genioq; genialiter indulget, eius in perpetuum amittendae se periculo exponit, at qui eam odit ac persequitur, ieiunio, maceratione, vtronecque eam affligens supplicijs, ipsam custodit, & in tuto collat. Martyr porro profecto eā odio persequitur, cum morti ac tormentis illam obiciat, quo nulla dari cogitarique maior constancia ac fortitudo virilior in hoc mundo potest, in quo proinde ipsum Redemptoris consilium amplectitur, dum eam perpendendo exosamque habendo, conseruat, & in vitam æternam summo cū honore custodit.

Eodem itidem sensu, sed alijs verbis apud Matthēum, codem etiam ore dictum est, *Qui perdiderit animam (id est vitam) suam proper me, inueniet vitam.* Martyrum hoc dictum est intuitu, qui suam tunc perdere videntur vitam, cum ad mortem ac cruciatus pertrahuntur: verum tum potissimum eam inuenient, & magno fane compedio, cum vita ad tri-dū forte vix duraturæ loco æternâ sibi comparant. Huc ex parte Sapiens alludit dicens, *Ypsi sunt oculis insipientium mori, cum ad tormenta raptarentur, illi autem mortis pretio vitam sibi immortalem compararunt, & modo in pace sunt, æternæ gloriae beatitudine æterni perfuentes.* Et si cor a hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. Adeo vt generosi illi athletæ omnes mundi fortunæque casus & persecutio-nes neutriam morati, moriendo vitam in tuto collocent, & in arena & stadio ipso expirantes, de aduersariis triumphum lugentissimum agant, victoresque abeant.

Apud Matthēum dixit olim eodem loco Seruator, sed verbis paulo durioribus, *Qui non accipit cruxem suam, & sequitur me, non est me dignus, id est, indignus est, qui meus dicitur seruus, neque Dominum habeat.* Gener-

rosi porro martyres hanc in humeros ercent accipiunt, & morti se exponunt: ipsi sunt, qui sequuntur Dominum, eiusque crucifixi imitatur exemplū: hinc ipso digni sunt, iuxta ea Sapientis verba, *Deus tentauit eos cruciatis, supplicijs, morte, & inuenit eos dignos.* *Sap. 3.* dignos inquam disciplina, dignos militia, dignos deniq; amicitia sua, & ad huiusmodi tēationem lapidem veluti lydium proba: os dignos iudicavit, qui ad honores futiliterēt, dignos qui ad Iesu Christi conspectum admitterentur, dignos denique immortali & sempiterna gloria. Exclamare ergo iuvat: O ingens martyrij decus, & summa eiusdem excellētia: cum amaritudinem in dulcedinem, spinas in rosas, puriscentiam in zibethum, probrum in decus, lachrymas in delicias, mortem denique in vitam lātissima meta morphosi commutet.

Certissimum est autem & exploratissimum, peccati pœnam mortem esse, & in primi parentum nostrorum delicti castigationem, iā inde in terrestri paradiſo, lata Dei sententia omnes oratione mortales morti & corruptio-nes securarēt: adiudicatos esse, at infamem hanc pœnam, & probrosam maculam in maximum decus & gloriam conuerit martyriū. Preuentem hic mihi habeo magnum Augustinum, qui libris de Dei ciuitate idipm. docet, *Mors pœna nascentis, si pro iniustitia pietateque pendatur, fit gloria renascen- sis.* *Liber 3.*

Apostolus item in ea, quæ ad Romanos, palam docet mortem esse peccati stipendiū *Rom. 6.* ac mercedem, id est, pœnam & castigationē. Nemo id quæ dem negarit, at si mors hæc Dei nomine perferatur, hoc peccati manubrium, hoc probrum, hæc infamie nota, ac turpis & funesta hæc poena in honorem, gloriam, triumphum, vitam denique commutatur, secundum illam Psalmographi sententiam, *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius,* atque in primis Martyrum, in quæ verba hanc paraphrasin cutit S. Cyprianus, *Pretiosa Psal. 11: mors, qua emit immortalitatem prelio suis sanguinis, qua accipit coronam de consummatione virtutis.*

Equidem insuper addidero martyrium esse supremæ cuiusdam potestatis triumphū, potentie & maximam benignitatis, mansuetudinis, ac triumphus sui-ek.

Martyr vi-tam exofus in vitam æternam custodit eam.

Matt. 10.

Sap. 3.

Matt. 10.

ut ipius contemptus perfectionem. Martyr quippe vitam prodigens de veteri homine triumphat, prauos affectus retundit, passiones refrenat, seque ipsum Deo totum in gratissimum offert sacrificium. Propositio nostro mitifice quadrabit, quod in primo Regum libro legere est. Achis regis Philistæ Satrapæ & optimates coacti in consilium, de Davidis exteri commemoratione inter se consulturi, hanc tandem vno ore tulere sententiam, Quomodo hic poterit placare Dominum suum nisi in captiuitate nostris, cum eisimmo inimici? Verus ille homo, magnus & iuratus Dei aduersarius est: cum ergo qui morti addicit, & in crucem rapit, Dei iram placat, illi reconciliatur, eius gratiam sibi comparat, indulgentiam admissorum obtinet, remque illi prestat longè acceptissimam. Hoc autem martyris facit, qui animo virtuteq; plenus veterem hunc tyrannum crucifigit, in ueteratas illas rebelliones eradicit, omnes animi imperius retundit, commoda propria pedibus proterit, & insigni quadam mentis generositate & constantia plusquam humana, soluim hoc ab homine mutuata, quod humano more velit, in mortem ruit.

Udg. 18. Facit huc non minus eleganter, quod eodem legere est libro, vbi dicitur, Non indiget rex sponsalibus, sed sanctum eentum præputius Philistinorum, ut fiat uultio de inimicis regis. Scire vultis, ecquo haec spectet allegoria? aures arrite, mox dicam. Regum Rex Deus idem penitus ab illo poscit, cui benedictiones suas, & gratias impertitur, ut nimis prauorum affectuum suorum præputia ac superfluitates resecet, quod de inimico suo, id est, veteri homine, fiat uultio. Hoc autem quam perfectissime Martyr facit, de veteri homine illustrem vindictam sumens, cum proprium pessimum dñs amorem vita exuit, mortis tormentis se expónit, crucemque, eculeos, extremæq; supplicia pugilice & constanter tolerat.

Atque hoc est, quod ipse Redemptor suis ipsius abnegationem vocat, & omnis vita spiritualis esse basin dicit, Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c. Matth. verò cap. 10. violentiam quamdam nuncupat, Regnum celorum vim patitur, & violenti rapient illud. Apostolus mortificationis id donat nomine, dum Romanis scribit, Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis, &c. Alias etiam Bess. de Sanctis.

crucifixionem appellat, vt in ea que ad Galatas, Qui sunt Christi, carnem suam crucifixे runt cum virijs & concupiscentijs. At ipse Dei filius verbo unico vita odium vocat, Qui odiit Ioan. 12: animam suam in hoc mundo. Hæc porro omnia diuina quadam ratione martyrium in se complectitur: qui enim ad ipsum se accingit, primò seipsum abnegat, cœlum violenter rapit, opera carnis perfectè mortificat; cum ipsam ecclœis, tormentis & cruciatibus offerat, corpus quoque & membra crucifigit, cum cō- Martyris cupiscentijs, dum letho exponere non vere- perfectio. tur, vitam denique & animam suam odit, cum eam negligat, & supplicijs & tyrranorum vio- lentiæ tradat perpendam & enecandam.

Martyrium ergo mirabilem omnium ma- Martyris xime admirabile est, sui ipsius victoria, mortis præconia. contemptus, athletarum Iesu Christi gloria, animarum fidelium palæstra, animotum generosorum examen, primarium fortitudinis opus, charitatis perfectio, omnium deniq; virtutum Christianarum theatrum. Huic inluper regnum cœlorum certissimō velut merces debetur. In huius rei signum in Apostolorum Actis cœlum protomartyri Stephano referatum visum legitur, cum iam ad extrema vitæ per lapidum imbrex redactus esset, vnde ipse ad rei huius nouitatem stupefactus exclamat, Video cœlos apertos, & Iesum flantem à dextrâ virtutis Dei. Vthinc manifestum fiat, cœlum martyribus semper patere, eosque ubi primum corporeo hoc vinculo soluntur, alterius vitæ possessionem adire, in qua vera beatitudo sita. Docuit hoc Redemptor suos, dum in monte sic turbas est allocutus, Beati qui persecutione Matth. 5: patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Martyr, qui propter iu- Martyres stitiam persecutionem tolerat, & Dei nomine recta cœlum rectâ cœlos petit, nihilque impedimento est, ingrediu- quo minus possessionem eorum adeat, & eo- rum reddatur compos.

Hebræi olim mare rubrum, quod modò E- rythræum dicitur, sine vlylo-impedimento & pede sieco periujo itinere pertransiere, vt Sapi- entiae cap. xix. legitur. Mare rubrum, eruentum martyrij mare est, in eo via est rectâ in Sap. 19: cœlum dirigens, ac sine vlla peccati poenaque remora eō conducens: vt namque Tertull. ait, Omnia a hunc operi, id est, martyrio donantur; In Apolog. cū damnamur à iudicibus, à Deo absoluimur.

N n n Ergo

Martyrium Ergo Martyrii est prærogativa, quæ illi cum semper cœ aquis baptisimi cōmuniſt̄ eſt, cœ ianuas ſem- li ianuas per v̄ patentes habeat; homines tum beatos habet aper t̄as.

Judic. 7.
S. Gregor.

Aetor 7.

Omnes:
prope SS.
Pates de S.
Laurentij
martyrio
ſcripſere.

Martyrium Ergo Martyrii est prærogativa, quæ illi cum semper cœ aquis baptisimi cōmuniſt̄ eſt, cœ ianuas ſem- li ianuas per v̄ patentes habeat; homines tum beatos habet aper t̄as. redditin cœlo, tum in terra apud mortales immortales; honorem ijs hoc in mundo im- mensum afferat, & æternam in altero gloriā. Postquam Gedeonis & commilitonum eius, quas ſecum in bellum tulerant, lagenæ conſta- ēte ſunt, quod ijs conclusum erat lumen, ſubito omnium oculis comparuit. Hoc sanctus Gregorius Martyribus adaptat; quò enim illi magis affl̄iebantur, cædebantur, torquebantur, exagitabantur, ac supplicijs exhauebantur, cō magis reconditum in animo virtutum ac gratiarum lumen ostendebant.

Considerate vobiscū, obſecro: eequod pro- tomarij: Stephanus lumen, quam claritatem, quem fulgorem foras emiferit, dum eum la- pidibū aduersarij rabie ac furore perciti ad- obruerent, & obrutum neci dederunt? Hæc namque de illo Aetor Apostolorum habent: Posit⁹ autem genibus, clamauit voce magna dicens: Domine ne statuas illi⁹ hoc peccatum, O lumen admirabile! o patientiam inæstimabile! o amorem erga proximum incredibi- lem, & haec tenus inauditum! E quod etiam ab Andraea in crucem acto lumen emicuit? quale verò quamque illuſtre ab Laurentio nostro in craticulam coniecto, & medias inter flamas posito profiliuit? de illo iam loqui oportet, quo ita ad alterum orationis membrum dilabā- mur.

Vix illus est Ecclesiæ Doctorum aut veterum Patrium, qui non incyptum & admirabile ſancti Laurentii Leuitæ martyrum celebrent, & omnigenis p̄aenitentiaſt̄ accumulent; hinc ne- mo eſt, qui non eius in honorem orationes, panegyricos, sermones, homilias, concioneſt̄ que conſeruavit: Leo magnus in primis, ſan- chus Ambroſius, & Maximus ad Italos. Inter- ceteros porò hoc illi occinit elogium Leo Magnus; Quam clarificata eſt Hierosolyma Stephano, tam illuſtris fuit Roma Laurentio. Scriptore de illo & Afuis Augustinus, Græcius, Gregorius Nazianzenus, & Ioannes Chryſtoſt̄omus, alijque alijs in locis & ad alias gen- tes.

Nemo non sanctorum inuincibilem hunc animum & indomitum tormentis robur, h- ñec uas nec viuum, nec auditum in adolescenti-

corpo, demiratur. Sanctus Ambroſius & Au- gustinus tribus illum pueris in fornacem ar- S. Laurēns dentem Babylone coniectis, & inde sine villa cōparatus vſtulatione non ſic miraculo eductis affimi- 3; pueris in- lan. Addunt quoque vniuersam aulam cœ- fornace Ba-

leſtem illuſtri pugilis huius certamini ſpēa-bylonia, tricem adſit fle, & martyris vi ſo robore & ge- nerositate, non mediocriter obſtupuisse, iuxta illud Apoſtoli ad Corinθios, Spectaculum fa- 1.Cor.4, eti ſumus mundo, Angelis & hominibus, id eſt, orbis vniuerso, cœlo, terra, & omnibus omni- nō creaturis. Sermo eft sanctorum Martyrum Apoſtoli ore loquentium.

Doctissimus Rupertus ad martyrii eius ge- nus alludens de illo veluti pifce quadam aflo loquutus eſt: Laurentius, inquit, unus & bene notus de magnis illis pifcibus, & pifci magnis, idemq; affus, cuius affatura ſuauiter in tota fla- grat Ecclesia. Eisdem metaphoris viſus eſt & ſanctus Augustinus & verbi penè iſdem Ido, inquit, de magnis illis pifcibus, quos Petrus tra- xit ad terram, conuenienter hic electus eſt, qui Christo affaretur.

Idem ipſi Rupertus libro ſupra memorato, III. hunc ipsum Laurentium Abeli iusto innocuo- Lib.3. dedi- que comparat. Audite loquentem: Sicut in uniusſi. i. prima statu Ecclesia protomartyris Abel Jan. 6. guis iustus clamat de terra; ſic in Romana Ec- cleſia pretiosa mors beati Laurentij nouo & in- audiito genere paſſionis clamauit in cœlum, & auditus eſt per mundum vniuerſum.

Admirabile hoc eius martyrium mille in le- ge Mosaica, Pſalmis, & Prophetis, factis, ora- culis, figuris & p̄afagijs designatum fuit ac repræsentatum. Quidam legem Mosaicā namque in Leuitico legimus, Hac eſt lex holoca- ſti, cremabitur in altari tota nocte v̄que ad manu. Hoc non inſerte de glorioſi Martyris Laurentij morte expoñi capique poſſit. eius namque martyrium verum ac perfectum holocaustum exſtitit; cō quod corpus eius in craticula & carbonibus tota paſſionis eius nocte ad v̄que alterius. vitæ auroram, ac donec æternae gloriæ illi ſol orietur, crematum fuit.

In Pſalmis verò hoc illi quadrans reperitur. in ſextodecimo quidem: Igne me examinasti, Pſalm.16. & non eſt inuenta in me iniquitas, quod dubio precul ad generofum & innocuum athleta nostri animum refelli queat. Solius quippe Lau-

Laurentij est, hisce verbis vti, ac liberè & audacter profiteri, Igne, craticula, carbonibus, & dolorum acrimoniam tolerantiae meq; robur examinasti, anima meæ fortitudinem expendisti, & ciuidem periculum fecisti, nulla interim in me est inuenta culpa, erratum nullum, & omni in te mea tibi eluxit iunctio, vita que sinceritas.

Oraculorum autem Propheticorum plurima huac in scopum collineant. Ab Ecclesiastico ducam exordium, in cuius postremo capite que leguntur, Laurentio nostro misericordie nec inconveniens adaptas: *Liberasti me à pressura flammae, que circumdedit me, & in medio ignis non sum astutus.* Ali non hoc in Laurentium nostrum eleganter quadrat? quisquam melius aut meliori iure hæc exsurpare verba potuit? an non ipse solus velut invictus & indomitus quidam adamas, atque inconsueta Salamandra, flammis resistit, & igni impositus de anima constantia neutiquam remisit?

In libro Job hæc occurunt verba, *Probabit me quasi aurum, quod per ignem transit.* Crediderim euidem de seipso lobum loqui, & de afflictionum, quibus eius patientiam probauit. Altissimum, igne hoc intelligendum. Et quamvis nonnulli metaphorica & ænigmatica loquendi hæc ratio sit; vere tamen ac sine ænigmate pure simpliciter dicere Laurentius noster potest: *Igne me non aliter probasti & examinasti, quam in fornace aurum solet.*

Eodem in libro aliud est, & ad martyris nostri carbones insigniter quadrans. Capite namque 30. dicitur, *Catus mea denigrata est, & ossa mea aruerunt.* Dices, lobum his misterias suas, afflictiones, ærumnasque verbis insinuate voluisse. Evidem haud diffitor, non obstat tamen, quo minus & S. Laurentius ore Prophetæ de se dicat, *Ignis latera mea ambrens vniuersam cutem meam denigrauit, atq; ossa mea in craticula arcfacta in cincres conuersa sunt.*

Aliud suggerit Ezechiel, Ecce igni datum est in escam, utramque partem eius consumpsit ignis. Nemo negat, quin hoc de inuincibili martyre Laurentio capiendum sit. ipse enim medios in ignes coniectus est, ijs pabulum futurus & alimentum, & illius utrumque latus incendio consumptum. Constat etenim generolum hunc pugilem tortoribus incendiariis

ac tyranno media inter tormenta dixisse, *Afasisti unam partem, versa aliam, & manduca.* O virtus incomparabilis! o animus, qui patrem non habuit!

Inter ceteras Salomonis parœmias hæc mihi præ alijs ob excellentiam ac venustatem atridet, *Sicut igne probatur argentum & aurum camino, ita corda probat Dominus.* quod ipsum & capite 2. Ecclesiastici repetitur. *Fateor quidem hoc de omnibus in genere hominibus intelligendum,* generoso tamet huic athlete singillatim etiam accommodari potest. Deus enim optimus maximus corpus eius, cor, animum, & tolerantiam igne examinauit, non secus atque aurifex suum in camino aurum.

Hæc quidem facta sunt de Laurentio testimonia è diuinis litteris petita, iā figuræ ex eodem horto deceptas deponamus. Occurrit primum illa, si vel figura vel symbolum dicenda sit, parvæ inter se, in libro Ecclesiastici:

Quasi thus redolens in diebus æstatis; quasi ignis effulgens & thus ardens in igne. Non ignoro ad litteram metaphoricum hoc elogium de summo Pontifice Simone accipi debere; mystice tamen ac figuratè vitam ac mortem magni Leuitæ Laurentij eudem exprimi, haud vanus mihi sum augur. Ipse namque suave quadam thus existit, & gratissimus suffusus carbonibus accensis inardens, idque in die æstatis, id est, sub primigenia Ecclesiæ tempora. Obculit siquidem Deo acceptissimum sacrificium, aut verum potius holocaustū, cum rotus igne fuerit consumptus, nullumque vñquam thus aut thymiana gratiorum odorem ac fragrantiam efflavit.

Admirabilis huiuscæ sacrificij alia in Leuitico figura præcesserat, vbi dicitur, *Si autem de craticula fuerit sacrificium, & simila conspergetur oleo, quam offerens Domino irades manus sacerdotis; qui cum obtuleris eam, tolles memoriale de sacrificio, & adolebit super altare in odorem suavitatis Domino.* Dicere fas est, ac iure meritoq; dicendum, à S. Laurentio de craticula Deo esse sacrificium oblatum, cum ipse in Figura, craticula assatus fuerit, & oleo insuper vndeque conspersus, id est, piatate & feruore diuino totus perfusus: vñ namque oleum flammam & ignis est alimentum, & ignem cogit inualscere & gyros conuoluere elatiores;

Naa 2 ita.

Prou. 17.

Ecclesiastico.

Ecclesiastico.

S. Laurerius assimilatur thuri in ignem coniacta.

Ezechiel 15.

Laurentius vita.

ita dilectionem Dei accedit pietas ac deuotus animi affectus. Ut perspè in re culinaria fieri constat, vt caro oleo inuncta non aduratur; tametsi igni superposita; ita & in hoc feroore & pietate sancti Laurentij contigit. et si enim illius anima ignibus superposita fuerit, ne vel minimum tamen est vstulata, id est, animus illius ne minimum concidit, nec de robore solito quidquam amisit, vt in ipso illud Isaiae adimpletum fuerit vaticinium: *Cum ambulaueris per ignem, non combureris, & flamma non ardebit in te.*

I. 43.

Leuit. 2.

Figura.

Leuit. 6.

Rum. 21.

Figura.

Primitæ frugum nouarum si quando in legge Mosaica Domino offendendæ essent, hic erat seruandus ritus: *Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino, de spicis adhuc virgentibus torrebis ignem, & confinges in morem farris, fundens oleum super ea, & thus imponens. Ut rem hanc proposito accommodemus, dicimus, Ecclesiam, dum frugum suarum, id est, Martyrum ac Sanctorum, inter quos S. Laurentius inter primos fuit, & in aetate etiamnum viridi, offerre vult primitias, voluisse, vt i pse torretur, & igne vstularetur, & in modum farris comminueretur, misericordia oleo, & orationis thure superpetriecto.*

Eodem in libro verba haec, veluti ritualia & ceremonialia, leguntur, *Omne sacrificium Sacerdotis in igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo. S. Laurentius de ordine erat sacerdotalis, sequitur ipsum Deo in sacrificium dum vult offerre, secundum legis Mosaice prescriptum ac pronunciatum, igne erat consumendus, & carbonibus flammis que ad cineres vlt que tortendus.*

Madianitis profligatis, & manubij spolijs que ex hoste relatis Mosis ante pedes positis, sic vniuersum populum a prælio reducens Eleazar sacerdos est allocutus. *Hoc est preceptum legis, quod mandauit Dominus Moys, aurum & argenteum, & as, & ferrum, & plumbum, & stannum, & omne quod potest transire per flamas, igne purgabatur, aqua expiationis sanctificabitur. Hoc quidem legis prescriptum; sed illius tam dabimus mysticum. Perpetuum Deum inter mundum certamen est, mundo ergo subacto, & sanctis preda eius ex agro intercepit a onustis ad suos redemptibus; celo iussum est, omne ut aurum, argentum, as, ferrum, ceteraque metalli genera, id est, Sanctorum maximi & illustrissimi*

simi, & Martyrum generosissimi fortissimique flammis inijicerunt, ibique expiantur, vii Laurentio nostro factū est. Ceteros vero sanctorum, quibus ad huiusmodi flamas ferendas vires non erant, aqua expiationis sanctificari, id est, per poenitentiam, lacrymarum effusione, viteq; austerritatem ad perfectionis apicē pertinere Deus voluit. horum de numero sūt Confessores, Doctores, ac sanctæ Virgines.

In sacris voluminibus varias etiam gentes circa ignem abominationes legere est. Samaritanos enim in quarto Regum libro legimus filios signe lustrale, Et consecraverunt filios suos 4. Reg. 17. per ignem. Eadem Manasse Regi asservit impietas eodem in libro, Et traduxit filium suum 4. Reg. 21. per ignem. & in Paralipomenon libro, Transf. 2. Reg. 13. reg. fecit filios suos per ignem. De impio Achab eadem inibi legitur supersticio. Ipse est qui adolevit incensum in valle Benon, & lustravit filios suos in igne iuxta ritum Gentium. Laudatur porro pius rex Iosias ob abominanda haec sacra abolita luctationesque sublatas. vnde legimus, Contaminauit quoque Tophet, quod est in consuale filii Ennon, vt nemo consecraret filium suum per ignem Moloch. Eiusdem quoque impietas meminit Psalmographus dicens, Iuuenes eorum comedis ignis. Quod autem gen. 4. Reg. 15. tibus impietatis, sacrilegij & abominationis nequissimæ ac superstitionislimæ nota fuit, apud Christianos in insignis sanctitatis argumentum, & vt vere Religionis signum Ecclesia habuit, si filii nimis tui igne lustrarentur, & Deo vero per flamas offerrentur, vt hodie Laurentius noster, cuius animus ab igne diuino extuabat intorsum, quemadmodum fors vniuersi igne materiali corpus ambutebatur.

Angulus coelo delapsus hac Esdræ sacerdoti iussa perardua proposuisti legitur, Vade, pondera mihi pondus ignis, aut mensura mihi statu venti, aut reuoca mihi diem que præterit. Cui illico Eldras, Quis natorum poteris facere, ut me interrogas de his? at Laurentio nostro questionis huius sublimis solutio ac responsio reseruata est, Eldra; solus ipse inter reliquos hominum ignis tibi dicere pondus poterit, ut potest gelo dati qui ab uno latere assatus, sciens iam id fatus super que rostum esse, ty anno dixerit, vt in aliud vertetur, tantumdem vt & in illud ignis se feret.

In Proverbijis varias Salomon difficultates Prover. 6.

ac

ac quæstiones proposuit, atque hanc inter ceteras: Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeantur aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ eius? Quærenti quis respondeat, id quidem iam olim Babylone factum esse, vbi tres adolescentes medios inter ignes constituti, & flammarum tam in sinu quam corpus circumseus ambientem habentes, vestibus tamen, & membris illæsis ac sospites è camino prodiere. Sed hæc ipsa in Ecclesia nostra denuo contingere Laurentius noster locupletissimus est testis: ipse namque ignem non sinu dum taxat abscondit, sed vniuerso etiam corpore exceptit; nec prunis tantummodo inambulauit, sed sine villa formidine, interitus & impavidus, in craticula medios super carbones extendi se, quantum quantus erat, à carnificibus passus est.

O supplicium inauditum! & cruciatum nimis quam atrocem! o tormentum intolerabile, ac minimè ferendum! Referens ad Hebreos Apostolus veterum Sanctorum afflictiones & ærumnas, quas Dei causa subiérunt, & acerba mortis genera, quibus vitam suam illustres ac generosi martyres expoluerent, hanc seniem textit, *Aly verò ludibria & verbora experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, scoti sunt, tentati sunt, in occidente gladij mortui sunt, egentes, angustiati, afficti. sed si addidisset, Combusti sunt, rotati sunt, super craticula positi sunt, quam porro maiorem narratione horum commiserationem excitaset?* quam eis fuisse oratio lamentabilior? quis sine lachrymis, aut siccō eam oculo legere, recitare, audire potuisset?

Hierosolymorum ruinam, excidium ac destructionem & piorum exagitationem exagerans Psaltes, sic apud Dèum optimum maximum conqueritur, *Deus venerunt gentes inheritance tuam, polluerunt templum sanctum tuum, poluerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cœli; carnes sanctorum tuorum bestijs terra. Hęc quidem tristis est cantilena & elegia, tristior verò sit, & luctuosior, ac maiorem crudelitatem spirans, audire ac dicere alios viuicomburio absumptos esse, alios craticulę superpositos tortos esse, per ignem & prunas ardentes nonnullos in cineres abiisse, vñ Laurentio nostro contigit, qui etià tyran-*

no subditus est supplicio, cui nullum vñquam est par seu visum, seu auditum.

Iobi ærumnæ & afflictiones à nemine non magno verborum pondere exaggeratur, einsque patientiam pañim omnes mirificè celebrant; istam malis adobrutus ac tantum nō immersus, legitur quasi impatiens expostulans, *Quæ est enim fortitudo mea, ut sustineam: aut quis finis meus, ut patienter agam: nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea enea est.* Perinde ac si dicere veller, lapidum ac laxorum instar sensus expers non sum, nec Patientia.

Iob 6. S. Iobi collata patientia. *aut fortis & indomabilis, non mihi corpus est æcum, nec precordia ferrea, tam graves ut ærumnas ferendo sim. Dicerene autem Laurentij.*

hoc in genere eo Laurentiu fortiorum extitisse, & viçtorem hunc maryrem maiorem tolerantiam, illustriores animos, & constantiam inuictiorem preculisse? Temerarium hoc fortasse cuipiam aut hyperbolicum videatur: nihilominus dicere mihi fas erit, si non maiorem, pacem tamen, nec inferiorem & proximè accedentem Laurentio nostro magnanimitatem ac constantiam fuisse. Post lobum enim, quis vñquam amicorum Dei intensores vehementioresque subiit cruciatus? Videt enim illum in craticula extensem, medios inter ignes constitutum, ignis superpositum prunis, ardores explodentem, & carnificibus supplicijs administris insultantem.

In coelum vñque laudibus euellunt Romani Mutium Scæuolam, eiusque tolerantiam nusquam non deprædicant, quod igni intrrepidus errantem in percussione purpurati dextram, iniecerit eam ardentem fccis oculis ad stuporem omnium in cineres redigi cereret. Inter alios sic de illo Seneca, *Nou dubito;* inquit, *qui magis laudauerim torridam illam Li. 9. ep. 69. manum Mutij, quam cuiuslibet fortissimi salutem.* Ceterum si Romanus hic adolescens tantis oneribus celebratur laudibus, quod vnam tantum foco dextram iniecerit, quantis, obsecro, Laurentius noster dignus est, qui toto flammarum in corpore percultus, prunis settorri finens, in craticula succensa extensis, super carbones versatus, Decioque & eius satellitibus media interormeta insultans? Nulla inter utrumque sanè comparatio est, ciuique cruciatus Mutianos longo superant inter-

S Lauren-
tius Sala-
mandra
assimila-
vit.

Natura
prodigia.

Sunt qui
prunis illæ-
si inambu-
lant.

Psal. 40.

Cratula
Laurentia-
na lectus
doloris.

Equidem dum generosum hunc athletam & infractum martyrem in supplicio acerbissimo ridentem volutumque in prunis propius contemplor, Salamandras ignes neutiquam meruenti comparare ausim, aut insectis illis ab igne dictis pyraustæ, quæ magno naturæ stupore in igne nascuntur & vivunt, & in fornicibus successis agunt. Aut verò Achatigemæ, aut illi, quam Hispani Laxiam vocant, grandinis in modum efformatae, compare: cuius ea est dos & quidem maximè mirabilis, quodigne non modo non consumatur, sed ne calefiat quidem; non flamma eam aduerte, non astus peruertere queat, sed contrarijs frigidisque qualitatibus gaudeat.

Linum Carpathium ferunt ignes non metuere, & flammis ipsum injici solitum, vt alborem induat, adeo vt qui cetera omnia denigrat & consumit ignis, huic vni splendorem & colorem addat ac conferuet. Credite, Auditores, hæc qui admirabilia obstupescitis, maiorem vñtementorumque Laurentium virtutem & habuisse & exseruisse: heroicus etenim animus illius igne superari domariq; non potuit, & quæ ad desperationem indignationemque alios redigere incendia solent, spem illi & tolerantiam suggesterunt, omnigena gaudia atulerunt, & immensam gloriæ ac meritorum segetem pepererunt.

Precios Graecorum monumentis proditum est, fusisse nonnullos, qui spectantibus mirabiliusq; plurimi, in sacrificio Apollinis, illæsi & indemnes prunis inambularunt. Vix fidem hoc apud me aliosq; cordatores inueni; sed notissimum est, & certo certius, S. Laurentium martyrem non tanum prunis inambulasse, sed toto etiam corpore super eisdem extensem fusse, & magno Romanorum omnium cum stupore incendia, flamas & titiones ardentes pertulisse.

Huic ergo athlete adaptare velim perdifficilem illum Psalmista locum, Dominus operferat illi super lectum doloris eius, uniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Non incommodo hic de S. Laurentio capi queat, cuius craticula egregiè & merito lectus queat doloxis appellari, in quo viator hic pugil & infraclus palæstra recubuit; atq; hoc in amaritudinis lecto opem illi Deus opt. max. tulit, & auxiliatus milericordiae cum olio inunxit,

et quod omnes dispersit, & dedit pauperibus facultates. Deus porro lectum hunc afflitionis versat, inuersat, & ambit, vt solatum auxiliumque afferat, & in manu valida ardorem protegat.

Viditis, auditores, cruentam martyris genrosi tragœdiam, quæ sanè & lacrymas oculis & S. Laurentij commiserationem pectora elicit palæstram theatrum, et si eadem ipsa eeu egregius quidam hortus sit, tabilum ad omnigenum virtutum flores inde decerpentes. Est item theatrum quoddam mirabile ac prodigiorum Laurentij nostri certamen ac stadium, quin & illustris quædam academia, in qua heroicæ generosæque virtutes, constantia, fortitudo, & infracta in aduersis magnanimitas reapse edocentur.

Hunc igitur ludum adite, fideles Christiani, S. Laurentij philosophiæ animum applicate; discessit tibi martynamq; hic intensum vñcementemq; erga Deum tuum amorem, & extremam erga inopes & indigenas querentes caritatem; discessit insuperabilem contra aduersus omnia constantiam, indomitam in afflictionibus tolerantium, mirabilem in persecutionibus generositatem, & videbitis quis aduersus Tartari & mundi insultus & oppugnationes sit gladius vibrandus.

Tu verò mundi index, afflictorum spes, dolorium solamen, anxiorū & oppressorum alyum, & gemituum auxilium: tu qui inuitam martyribus ad tam generosè omnigena probra pro nominis tui gloria toleranda, constantiam & animos suggestisti, qui sanctis tuis aduersus omnigenos mundi insultus & aduersa arma necessaria in manus dedisti, sed qui Laurentio in primis tantum animi, fortitudinis, ac virtutis es imperitus, vt mortem omnium acerbissimam diuissimamq; infracta mente perferre: te inquam animarum Redemptor supplices regamus, nobis ut ad imitationem glorioſi huius Leuitæ, vires præbeas, quod resistere temptationibus gene ore valeamus, des in aduersis patientiam, rebus in artis fortitudinem, in prosperis humilitatem, & quacumq; demum in fortuna generositatem. Ut Laurentio gratias dedisti, hominum simul & angelorum Domine, ad inclemnia temerorum perfringenda, ad cruciatuum ardores tolerandos, candem obsecro nobis ne neges, vt animo, generositate, constantiaque obarmati, delictorum extinguere flamas, & æstuantes carnaliū animaliumq;

concu-

concupiscentiarum atdores suffocare & ob-
tuere mereamur, atq; inde de efferata brutalii
passionum nostrarum tyrannide, & omnibus
mundis tribulationibus triumphantes, tandem
ali quando decurso vita praesentis curriculo, ad
eternæ gloriæ repotia admittamur; ad quæ
nos vnu in personarum Trinitate Deus, atq; is
optimus maximus, deducere dignetur. Amen.

IN FESTO ASSVMPTIO-

NIS DEIPARAE VIRGINIS.

Partitio.

- I. De supereminente B. Maria Virginis præcellentia.
- II. De obdormitione Deiparae.
- III. De convenientia suscitante Marie & ser-
uanda ab incorruptione.
- IV. Probabilitates alia super eodem privilegio.
- V. De triumpho & gloria assump.
- VI. De cultu Virgini & matri debito.

*Qua est illa qua progreditur, quasi aurora
confurgens, &c. Cant. 6.*

F I G V R A.

MAGNA illa, prodigiosa & admirabilis
haus, Noei, inquam, arca, postquam lon-
go tempore diluuij aquis, fluctibus & iē-
pestibus agitata, procellis & tempestibus
co-ruſa innasceret, in montibus Armeniae tan-
dē iterit. Hodie vero videmus gloriosam Ma-
riam Virginem, verā arcam, quæ verū Noeum
saluatorem & restauratorem totius vniuersi tu-
lit, postquam longo tempore super aquas, &
miserias & tribulationum vitæ huius tentatio-
num ventis pulsata, & tot tantarumq; tempe-
stibus ac procellis aduersitatum agitata, na-
tasseret, in montibus æternis subscire. Est
hoc festi gloriose Assumptionis occasio &
subiectum, subiectum triumphis & mirabili-
bus plenus, subiectum quod homines simul &
Angeli ob Reginæ suę coronationem recreat
& gaudio replet. Tu vero sacratissima Virgo,
quæ hodie instar auroræ ascendis, quæ pulchra
et luna es, electa ut sol, & terribilis ut castro-
num acies ordinata, cum de tuo hic honore aga-

tur, tua gloria in aciem hic veniat, nobis gra-
tiam impetrat, opem cœlestem implora, cym-
bam hanc nostram dirigat, cumq; hodie te An-
geli cœlum ingredientes noua quadam saluta-
tione cōpellent, nos veteri te salutatione, quæ
tibi olim ab Angelo G. briele impertita fuit,
compellabimus, communi voce dicentes.

AVE MARIA.

Magnus ille, celebris & admirabilis pictor I.
Apelles, de quo tanta tradit, quemq; tanti o- Mirabilia
lim fecit Antiquitas, vt nōmen suum ad po Apellis
steros egregio quodam opere transmitteret, opera.

Venerem quandam pingere voluit, quam ut
perficeret & omnibus numeris absolutam red-
deret, detē ipsos annos in illa depingenda im-
pendit, sed tantum huc contulit ingenij, labo-
ris, industriae & artificij, nullum vt simile opus
à quoquam fuerit alias elaboratum: adeo, vt,
cum publice Athenis spectanda proposita es-
set, & omnes eam extollerent & pro dignitate
admirarentur, vt pote quæ omnium animos
& oculos simul raperet, iuuentus Atheniensis
in eius amorem exarserit: quæ nobis visum
senatus ad desideria laiciorum, & lubri-
rum cupiditatem restringendam, imaginem
tollere, camque in loco aliquo non ita patu-
lo ponere, ne quam forte reip. corruptionem
afferret, & adolescentium animos nouo cupi-
ditatis somite succenderet.

Magnum hoc & stupendum artis & naturæ Maria nul-
miraculum: sed non sunt huic imagini cogita- la imago
vestra ita affigenda, auditores, vt auel- pulchrior.
lere nequearis, nam quid aliud longe dignius
admirari & obstupecere par est. Videre quippe
hic licet opus cœtuplo perfectius, admirabilius
& subtilius: videre licet, inquam, pulcherri-
mam, elegantissimam perfectissimam imagi-
nem, quæ nulla in mundo vñquam conspecta
fuit dignior. Imago hæc Deipara est, non Dea
impudicitia, & lasciuia verius, sed sacratissi-
ma Maria Virgo, omnis castitatem regina.
Qui eam depinxit pictor, Spiritus sanctus est,
quod impensum est tempus, quinq; annorum
excedit millia, sed opus ipsum & imago adeo
præclara sunt, vt cum in die nativitatis esset in
terra ad spectandum proposita, & hodie in die as-
sumptionis in cœlum evecta, totus orbis ob-
stupescens confiteatur nihil se vñquam simile.

le: 1590